

In hoc libello cõtinẽtur

Athenagoras de resurrectione.
Xenocrates platonis auditor de morte.
Cebetis thebañi Aristotelis
auditoris tabula: miro artifi
cio vite instituta con
tinens.



Marsilius Ficinus

Florentinus domino Germano de Ganay Parhisij consulari regio/viro doctissimo. Salutem. P. D.

Multis iamdiu de causis te multum amo: nec minus q̃ Germanũ suauissime mi Germane. iuuat me vt vides gratioso tuo nomine Germano sepe ludere: ac te forsitan iuuat audire. Cum inq̃ ob virtutes multas te iãdiu nõ mediocriter amem: q̃ plurimũ tamẽ propter singularem erga defunctos precipue prestantissimos charitatem. Hec enim pietatis diuine species est: ꝛ rarissima quidem atq̧ liberalissima. Soli ꝑfecto videntur gratis amare qui defunctos amant: a quibus pleriq̧ nichil sperãt. Tametsi Plato Plotinusq̧ multa ab his afferri beneficia posse disputant. Ego igitur vt te propter acerbum policiani/piciq̧ virorum excellentium obitum merentem pro virib⁹ consolarer. Statui ad te mittere: que ex libro Athenagore athenensis philosophi christiani de resurrectiõe iampridem excerpsi interpretatus e greco. Si hec et preterea que in theologia Platonica de resurrectione tractamus cõsideraueris: leuius fortasse merebis. Lege igitur ac viue feliciter vir et amice diuturna ꝛ felici vita dignissime.

2

Athenagore de resurrectione excerpta per Marsiliũ ficinũ florentinũ. Argumẽtum.

Athenagoras atheniẽsis philosophus christianus floruit tempore Marci Aurelij antonini ⁊ cõmodi infra ducentesimũ a Christo annũ ⁊ in libro de resurrectione ista concludit.

Ratiões de rebus humanis: alie trahũtur ex ordine naturali: alie ducuntur ex ordine prouidentie: quales sunt rationes de resurrectione mortuorum. Si ergo probemus hanc deũ posse scire: velle: eam fere iã probauerimus. Deus anteq̃ componeretur homo sciebat totum mundi corpus et partes eius elementales atq; particulas et quomodo et quando conflande inuicem forent ad hunc hominem cõponẽdũ aut illum. Similiter quãdo dissoluitur intelligit quo potissimum partes et particule et quibus gradibus postremo peruenerint. Scit ergo vicissim vnde recipiende: quibusue modis in eandem rursus formam reconciliande sint ad eundem hominem iterũ cõponendum. Scientia vero penes deum/et potestas idem. et quẽadmodum quod ab inicio cognoscebat et facere poterat: ita quod cognoscit adhuc eque reficere potest. Deus cum sit sapientia ipsa/ideoq; nichil frustra faciat: hominem sapientie compotem nõ fecit frustra: igitur ad certum finem. Nõ ad hunc videlicet finem vt vel superiora nobis vel inferiora ad vsum suum vtantur homine: Jlla enim hoc vsu non indigent: hec autem ad vsum nostrum potius sunt instituta. Fecit igitur deus hominem propter seipsum Atq; propter bonitatem sapiẽtiamq; in vniuerso dei opificio contemplabilem. Fecit vtiq; hunc deus vt viueret quidem: neq; prorsus extingueretur brutorum instar. Huic enim animali intra se ipsum autoris sui dei similitudinẽ gestanti per intellectum atq; rationem: sempiternam deus vitam est largitus. Nempe bruta non propter seipsa sed propter aliorum vsum creata sunt: quo quandoq; cessante/non est eorum perseueratio vel restitutio amplius necessaria. Homines autẽ non ad alienum vsum ita sunt creati sed ad vitam suam ita continuandam: vt autoris sui potentiam/sapientiamq; considerantes/legemq; et ius obseruantes vna cũ illis sempiternam vitam producerent: cum quibus acceptam ab initio vitam continuerunt. Deus siquidem naturam dedit homi-

ni ex anima immortali et corpore institutam tali videlicet: vt tali
anime se vniret diuina contemplanti/deumqꝫ imitanti per legum
obseruantiã diuinarum. Hic igitur actus circa eternum. hic finis
in actu intimo constitutus declarat fore hominem sempiternum:
in natura videlicet sua ad actum eiusmodi conducente in copula
corporis simul et anime: que si quando dissoluatur/restituenda est
per resurrectionem speratam a nobis/ non vana quidem spe sed
certissimo quodam fideiussore: consilio videlicet diuino ad eius=
modi officium finemqꝫ sempiternum naturam hominis eiusmodi
procreante. deus hominem non in alienum vsum retulit: sed ad
actum sue nature intimũ procreauit imitaturum deum per contẽ
plationem et obseruantiam diuinorum. Qui sane finis cum ipsi
nature sit intimus ad sempiternumqꝫ directus: declarat hominẽ
sempiternum fore hominem inq̄ non animam solam sed spẽm ex
anima/corporeqꝫ compositam. Ad hanc enim constituendam de=
us velut partes animam redegit et corpus. Compositi quidẽ ho=
minis procreatio est/compositi natura/compositi vita communis
ex actionibus/ passionibusqꝫ tam corporis q̃ anime congregata.
Compositi igitur finis est communis: idest imitatio dei. Atqꝫ per
hanc eiusdem fruitio. Justicia quoqꝫ diuina in iudiciũ trahet vtrũ
qꝫ cõmune premiũ vel suppliciũ reportaturũ ex actione ꝛ passio=
ne vitaqꝫ cõmuni. Non potest autem finis fore cõis ꝛ vnus iusteqꝫ
exhibitus nisi ad vnũ cõmunem eumqꝫ hominem qui cõmuniter
operatus fuerat quandoqꝫ pertineat. ad hoc autem necessaria est
resurrectio defunctoꝝ. Dedit deus homini intelligẽtie rationisqꝫ
iudicium ad cognoscenda intelligibilia deiqꝫ bonitatem ꝛ sapien=
tiam atqꝫ iusticiam. Cum igitur hec sempiterna sint: consequẽs
est hominem ad sempiterna natum/fore et sempiternum: Homi=
nem inq̄ compositum. huic enim datus est iudicij huius vsus offi
ciumqꝫ virtutum et imitatio diuinorum. Ac nisi compositum ma=
neat non permanet vsus/officiumqꝫ eiusmodi. Non potest autem
absqꝫ resurrectione homo sempiternꝰ fore. Nisi vero restituatur
homo in sempiternum: temere frustraqꝫ coniuncta fuisset anima
corporis indigẽtie/passionibusqꝫ innumeris: frustra corpus impe
ditum a ratione quo minus oblectamentorum suorum quotidie
potiretur. Temerarius fuisset laboriosus virtutum vsus/religio=
saqꝫ iusticie legumqꝫ obseruatio. Perseuerantiam vtiqꝫ sempiter
nam pro diuersitate naturarum alia quidem aliter habent: angeli
imobiliter/Celestia vero mobiliter: sed ꝯtinue. homines aũt mo
biliter atqꝫ interrupte anima quidẽ ꝑseuerentiã continuã: corpus

intermissam vitam/ Bruta nullo modo. Ad naturam enim corporis aspicientes dissolutionem timemus: Ad naturam vero anime vsumque virtutum et scientiam creatoris resurrectionem corporis expectamus. Corporis preterea vitam nō minus propter hoc sempiternam dicimus q̄ sit ad tempus per separationem anime interrupta. Quemadmodum et vniuscuiusque hominis vitam dicimus vsque ad obitum vnā/ atque continuam. etsi per vicissitudines quasi sit intermissa et per etatum mutationes admodum permutata.

Quod ex prouidentia iusticiaque diuina resurrectio sit Cap. ij.

DEus qua sapientia fecit/ facitque omnia: eadem et singulis assidue prouidet. et qua iusticia varios in mundo deposuit gradus: eadē sua cuique dispensat vbique. Prouidētia hec hoī ex aīa corpeque cōposito nutrimētū successionēque prouidit Prouidit ergo cōposito quoque iudiciū dispēsaturum iuste cōmune premium vel supplicium pro actionibus passionibusque anime corporisque communibus. Judicium vero eiusmodi in vita presenti minus impletur vbi impii quidē plerunque fortunati sunt: Pii vero iustique frequēter īfortunati. Jn altera vita quinetiā expleri nequit iudicium communia iuste distribuens/ nisi sequatur corporū resurrectio. Corpus profecto sicut fuit anime socium in actionibus passionibusque tam virtutum q̄ viciorum et in sanctimonia et martirio comes: ita debet in pena vel premiis habere cōsortium: est ergo corpus idem resurrecturum. Nisi enim premia manerent vite sequentis: prouidentia/ iusticiaque diuina traheretur in dubium Homo quinetiam brutis foret miserabilior: qui religionis et iusticie gratia corporeis se priuat oblectamentis et incommoda subit innumera. Jpsaque virtus/ religio/ leges deliramenta forent atque detrimenta Nisi resurgant corpora non habet iusticia diuina locū in corpore vel anima. Non in corpore: Quia īiustum foret animā habere premia laborum in quibus magnā partem perpessum est corpus: ipsum vero non habere in premio partem. Non in anima Quia īiustum esset animam solam dare penas peccatorum q̄ plurimorum que non commisisset: nisi corpus ei fuisset adiunctum Nam corpore e necessitatis voluptatisque et passiōis gratia perturbationes subit plurimas et sepissime peccat. Vicia nō sunt solius anime sed sunt in composito contracta videlicet ex indigentia et

incitamento corporis. Similiter virtutes sunt in composito. Nã anime soli nũq̃ profecte in corp⁹ nõ fuisset opus fortitudine/conti nẽtis/tolerantia/cõsilio pro rebus agendis similiq; iusticia. Sũt ergo virtutes fundate: hinc quidem in anima inde vero in corpo re quod et confitentur omnes: virtutes scz saltem morales esse as suefactiones quasdã animalis corporisq; nostri. Nõ est ergo iustũ solam animam vel supplicia viciorum vel virtutum premia repor tare. Leges date diuinit⁹ nõ aĩe soli sunt date sed homini nõ enim fuisset op⁹ aĩam arcere ab adulterio homicidio/furto/similibusq; reb⁹ q̃ sunt ad corpis indigẽtiã vsumq; corporeũ. Cõpositũ ergo qđ est legibus alligatũ/iuste vel subiturũ est obseruatarũ legũ pre mia vel preuaricationis supplicia perpessurum. Cum singula pro diuersitate naturarum fines proprios habeant/necesse est natu ram hanc rationalem quandoq; finẽ proprium obtinere. Non est aũt hic finis indolentia. estenim corporibus inanimatis quoq; cõ munis neq; rursus oblectatio sensualis: communis enim est bru tis. Sed est aliquid potius secundum propriam eius precipuãq; naturam et virtutem ⁊ actionem idest rationalem intellectualẽq; preceptum in quo deniq; conquiescat. ⁊ in quo statu virtus ipsa su is premiis perfruatur. Eiusmodi finẽ in vita p̄senti nunq̃ assequi possumus. Igitur in futura. Cum vero sit finis vite actionisq; hu mane: atq; vita et actio communis sit atq; compositi consequens est, finem illum ad compositum pertinere. per quam sane cõsequẽ tiam futuram resurrectionẽ auguramur. presertim quia cũ diui n⁹ noster opifex oĩa sui gratia fecerit. Ideoq; rationẽ/et intelligẽ tiam diuinorum compotẽ ad seipsum cõtemplãdum nobis ab ini cio dederit. Unde concluditur cõtemplationem dei: firmam/ab solutamq; hominis esse finem. Hec autem breuiter de resurrecti one dicta sint nobis/non proponẽtibus quidem de hac quecunq; dici possẽt eloqui. Sed quedam oportuniora pro tempore que et audientes facilius percipere possent.

Marcilius ficinus

dilectissimo Germano. S. dicit.

Hymnũ orpheum de natura legere latinum mi Germane cupis: Et quoniam germanorum sicut eadem ferme natura est: sic et voluntas eadem esse debet. Accipe iam munusculum exoptatum. Quod quidem ego pariter te volente volo. Sed anteq̃ orphica verba legas audi priscum de natura mysterium quo facilius eorum more diffinire naturam atq3 diuidere possis. Natura vniuersalis est fecunda potestas bonorum genitrix ad essentiam et motum vitamq3 pertinentium. Hec autem quatuor habet gradus. Infimus quidem est in vniuerso mundi corpore. Superior autẽ hoc ĩ ipsa mundi anima Rursus altior in mente pura. Altissimus in ipso bono: vbiq3 definitionem habet ferme eandem proprietatemq3 similiter virtutem vero gradibus differentem. Multa quidem sunt variaq3 in rebus bona a quatuor principiis omnia scilicet ab ipso bono et intellectu puro profecta. Item ab anima mundi et ab ipsa machine mundane virtute pẽdentia. Horum vero principiorum nullũ nature dicicitur quatenus munera largiuntur que ad intelligẽtiam aut sensum vel ad ordinẽ distinctionẽq3 formarum et similia pertinet. Sed quatenus principia hec vim habẽt ad essentie motusq3 et vite dona horum quodlibet natura vocatur. Per alias autem vires reliquosq3 effectus alia quedã nomina sortiuntur. Propterea varia ĩ vno quoq3 sunt noĩa. Sed natura vbiq3 videtur numinũ antiquissima. Siquidẽ prima vbiq3 tradit munera reliquorũ fundamenta bonorum. In machina quidem mundi animaq3 mũdana nominandam esse naturam declarat Timeus disputans de mundi natura et Cratylus ꝓbans aĩam apud grecos incognoĩatam quod naturam ipsam contineat. Preterea Philebus vbi mundanum hoc animal appellat Iouem subditq3 in Iouis natura regium intellectum animumq3 inesse. Naturam quoq3 in intellectu puro nominat in. iiij legum vbi ait deus secundum naturã se reuoluit deniq3 in ipso primo vniuersi principio naturam vocat in epistola ad dyonisium prima: quando inquit interrogasti me de prima natura. Similiter in epistola ad syracusanos vbi sic ait ad sensum siquidem scilicet naturam libenter in lucem generi

humano proferrem. Pro priore autem appellatiõe naturã Plotinus quidem ponit in anima mundi: vegetalem.s. huius anime potestatem. Proculus autẽ sub aĩma videlicet in ipsa mundi machina vocans eam vmbram et vestigium virtutemq3 et instrumẽtum anime mundane ad ipsum mundi corpus mouendum atq3 regendum. Hoc sane sensu Aristotelem arbitror naturam principium motus appellauisse: Anima eñ 7 anime virtus in corpore prĩcipium motus existit. Ubi vero Pan deus nature vocatur non quidem nature autor est ĩtelligendus sed minister: Pan enim est vbiq3 dominica virtus vniuersalis nature ministra. Orpheus igitur in hoc hymno vniuersalem naturam quatuor gradibus distributam celebrat quasi vnam: Quippe cum sequens vbiq3 gradus ex precedente depẽdens conspiret ad idem. Propterea et tu dum varia cognomẽta et hec quidem sepe diuulsa leges suis queq3 gradibus assignato exempli causa vbi naturam tanq̃ sinẽ infinitum cõmunicabilem eque predicat: suiq3 ipsius: patrem atq3 similia. intelliges ipsum bonum vbi vero artificem fictricem prouidam sapiẽtiam: intelliges intellectum purum ipsius boni filium: vbi matrem nutricem et transformantem atq3 mouentem vbi animam mundi considerabis intellectu puro creatam. Ubi demonẽ celestẽ/ethereã/marinã/terrenam: excogitabis virtutem anime et spiritum mundana regẽtem. Summatim vero hymnus de natura orphycus est eiusmodi.

Xenocratis philosophi

platonici liber de morte translatus e greca lingua in latinam a Marsilio Ficino Florentino ad clarissimū virum Petrum medicem. Socrates. Clinias. Axiochus.

Cum in cynosargem proficiscerer/ et ilisso iam applicarem: vocem cuiusdam/ nomine me vocantis audiui. Cōuersus autem: Cliniam vidi Axiochi filium/ versus fontem calliroem currētem: vnaqz cum eo damonem musicum/ charmidemqz filium Glauconis. Quorum ille quidem musice preceptor hic autem mutua quadam beniuolentia coniunctus erat. Uisum igitur michi est vt retrocederem/ illisqz obuius fierem: vt ocyus et facilius congrederemur. Lachrymans vero Clinias: Socrates (inquit) presens tempus exigit/ vt illam quā semper predicas sapientiam: nobis ostendas. Pater enim meus repentino quodam et intolerabili morbo pressus est: et morti ꝓximus esse/ eamqz moleste ferre videtur: quamuis olim eos qui mortem expauescerent (quasi laruarum vultus horrerent) irriserit. Ueni obsecro/ eumqz vt soles corripe: vt facile ferat necessitatem. Congredere ergo nobiscum/ vnaqz cum aliis pium opus exsequere. So. Honesti o clinia voti quantum in me est compos efficieris: presertim cum sanctum opus sit/ quod iubes. properemus itaqz. Si enim sic se habet properandum est. Cli. Cum primum te o Socrates viderit: conualescet. Et enim sepe contigit: vt quodammodo resipisceret. So. Ergo secus muros/ peritonios agros ad eum perreximus. Prope enim portas versus columnam amazonidem habitabat. Inuenimusqz illum iuncturis validum et robustum corpore: sed animo imbecillum/ et consolatione admodum indigentem/ respirantem sepe/ trahentemqz suspiria multis cum lachrymis et percussione palmarum. Que cum vidissem quid hoc Axioche inquam: vbi nam pristina illa tua et iactabunda constantia? vbi perpetue virtutum laudes? Ubi mira tui animi magnitudo/ atqz audacia? Ut enim luctator ignauus in Gymnasijs generosus apparēs: in certaminibus succumbis: cur nature ipsius ordinem non consideras: cum sis vir tantus et tot insuper disciplinis imbutus: et si nichil aliud athe=

niensis tamen. An non tenes vulgatam illam tritamque sententiã: qua dicitur peregrinationem quandam vitam hanc esse/ et oportere nos recte et equo animo peregrinantes: haud egra sane sed leta mente ad id quod debitum et necessarium est accedere. Mollicies autem hec non etati mature sed infanti cõueniens. Axi. Hec o Socrates recte dici videntur. Verum nescio quomodo imminente discrimine sermones ipsi de tolerantia copiosi: clanculum euanescunt/ et negliguntur. Suboritur autem repugnans quidam pauor: animũ vndique circũcutiens. Heu hac luce/ iisque bonis priuabor. Jacebo obscurus: gustu/ visuque captus putrescam: in vermes pulueres conuertar. So. Coniungis o Axioche absque rationis examine cum sensus priuatione/ sensum: ac tibiipsi et loquendo et agendo repugnas: nec aduertis quod simul de sensus priuatione conquereris et meres ob putredinem amissionemque bonorum: tanq̃ in aliam vitam transiturus/ potiusq̃ in sensus omnis priuationem aliquando migraturus. priuationem inq̃ talem: qualis ortum precessit. Ut enim in republica Draconis vel Calisthenis nichil tibi contigit mali: tu enim non eras circa quem esset malum: sic post mortem nullum tibi aduersum: tu nanque nõ eris circa quem futurum sit malum. Omnes igitur huiuscemodi nugas abs te pelle. Jdque considera q̃ dissoluto eo quod compositum fuit/ et anima in locum proprium abeunte: hoc quod restat terrenum et irrationale corpus/ homo nullomodo est. Nos enim sumus anima immortale animal in habitaculo mortali clausum: idque vmbraculum nobis ad malum natura cõstruxit. Cui que dulcia sunt adulterina sunt fluxa/ et plurimis permixta molestiis: que vero molesta/ integra/ diuturna/ suauiumque expertia. Accedunt tumores bilis/ atque pituite/ ac sensuũ morbi/ necnõ corruptiones viscerum: quibus anima necessario condolet per singulos diffusa meatus/ vt singula vinciat. Quo fit vt celestem/ cognatũque etherem iam desyderet: sitiatque vitam/ chorumque supernũ. Nam vite huius amissio: a malo in bonũ est transitus. Axi. Cum malam iudices hanc vitam o Socrates: quid in ea permanes? presertim cum ista potissimũ mediteris/ aliorumque curator existas: et mente ceteros antecellas. So. Axioche haud satis michi verus es testis. Existimas enim quemadmodum atheniẽsis populus: postq̃ rerum perscrutator summe aliquid scire. Ego autẽ optarem quidem cõmunia ista cognoscere: eum ne dum superuacua calleam.

Prodicus Que vero diximus Prodici sapiẽtis declamationes sunt: partim

quidem duab9 tertiis/ partim duabus dragmis/ partim quatuor empta. gratis sane is nullum erudit. Ac semper habet in ore Epi charmi illud. Manus manū lauat: dans aliquid aliq̄d accipe. Su perioribus autē diebus cū apud Calliā hippomei filiū declamaret tot contra vitam intulit: vt parū afuerit: quin ego vitā finirem. et ex illo tēpore continue animus meus o Axioche moritur. Axi. Que sunt igitur ea que dixit. So. Referam omnia quorū apud me memoria restat (inquit enī) que pars vite non plena malis: an non vix natus infans/ e vestigio luget/ vitamq3 inchoat a merore? Nec vllus abest dolor: sed vel propter indigentiā: vel frigus: vel calorem: vel percussionē plorat. nondum potest verbis que pati= tur explicare: flet autem: atq3 vociferat: vnāq3 hanc habet vocē: molestie signū. cū vero septimū etatis annū impleuerit: plurimis laboribus curatur. Surgūt nimirū pedagogi: grāmatici gymna stici: pedotribe: illiq3 nō secus dominātur ac tyranni. Cū paulisp adoleuerit: cēsores arithmetre geometre distributores 7 innume ri preter istos domini presunt. e phebum vero metus circūuenit: atq3 mācipat liciū 7 academia: gymnasij principat9: sceptra: ma lorūq3 immoderatio prorsus occurrūt: oīsq3 adolescētis angustia sub morū censoribus: consilioq3 areopagitarū electis consistit. cū istorū dictione solutus fuerit: cure: cōsultationesq3 surrepūt: dum quē vite callē ingredi deceat disceptatur. adeo vt sequētiū cōpa= ratione laborū: precedentia illa leuia videātur: 7 solis infantibus metuēda. Expeditiones belli: ac vulnera: frequētiaq3 certamina surgūt. demū senectus ipsa clā serpit: in quā omne nature sordidū et insanabile malū confluit. 7 nisi quis statim vt debitū reddat vi= te: natura tamq̄ questuaria instat: atq3 pignora exigit: ab hoc vi= sum: ab isto auditum: ab illo vtrumq3. quod si restitat quis: dissol uit: inficit: mutilat: atq3 obtruncat. nonnulli ad extremū vsq3 se= nium viuunt: sed mente bis pueri decrepiti fiunt. Quapropter deus rebus hominum prouidens: quos amat breui ad se ex hac reuocat vita. Itaq3 Agamedes: atq3 Trophonius cum moliti essent deo pythio templum: quodue optimum foret precaren= tur: confestim somno pressi nunquam postea surrexerunt. Idem quoq3 argiue Iunonis sacerdotibus contigit: cum mater illorum ab Iunone: pietatis filiorum munus aliquod postularet. Nā tar= dante iugo: subeuntes ipsi: matrem in templum transportauere. Cumq3 deo vouissent noctu e vita migrarunt. prolixū esset poeta rū referre sentētias: qui diuinis poematibus calamitates huma=

Epicharmus

Agamedes
Triphonius

Sacerdot9
Iunonis.

ne vite deplorant. Unum referam poetam clarissimũ ita dicẽtem Statuerunt dij vt mortales miseri in merore perpetuo viuerẽt. Nec est in terra homine quicq̃ miserabili⁹. Itaq; aiunt Amphiaraum ab ioue atq; apolline summo quodam affectu fuisse dilectũ: neq; tamen senium attigisse. Quid autem tibi de illo videtur: qui nascentem iubet/ miseriam sue vite lugere. Uerum iam desinam: ne preter id quod propositũ est peruagari longius videar. Quis est autem qui non de studio/ atq; arte quam elegit summopere cõqueratur? mercenarios mechanicosq; artifices discurramus/ ex nocte in noctem laborantes: et vix ea que ad victũ necessaria sunt acquirentes: queruli porro viuunt nocturnasq; vigilias fletu ac lachrymis complent. Quid dicam de nautis? Quot periculis subiciũtur? Recte siquidem Bias nautam nec in defunctorum nec in viuentium numero computat. homo nanq; terrenus tanq̃ vtrius q; ac dubie vite particeps: sese mergit in aquam/ totus fortune subiectus. At suauis est agricultura. Esto. sed nonne vt aiunt tanq̃ vlcus occasionem tristitie semper inuenit. Nunc sane ariditatẽ accusat/ et gemit: nunc imbres/ nunc estum/ exustionemq;/ nunc vermiculos/ nunc calorem/ nũc frigus intempestiuum. Honorandum vero reipublice studium (vt multa pertranseam) quot malis/ erumnisq; torquetur? Letitiam quidem habet pituite vel bilis estuantis instar mobilem/ tumidam/ fallacem/ et turbulentam: iacturam vero tristem et mortibus mille deteriorem. Quis autem potest esse felix: dum ad turbe nutum viuit? irridetur atq; exploditur quasi ludus quidam & fabula vulgi: concussus/ exsibilatus/ mulctatus/ miserabilis atq; perditus. Ubi nam o ciuilis Axioche Milchiades obiit? Ubi Themistocles? Ubi Ephialtes? vbi duces reliqui? His equidem rebus inhiaui nunq̃. Neq; enim honorandum michi videtur: dementi in populo magistratibus fungi. Qui autem circa theramenem et calixenum postridie presides insidiatores subigentes indiscreta homines morte damnarunt: quibus tu vna cum Triptolemo tribus milibus contionantibus repugnasti. Axi. Uera narras o Socrates. Atqui ex eo tempore in hunc vsq; diem vitaui tribunal: neq; difficilius ac durius quicq̃ reipublice gubernatione visum est. Perspicuum hoc est iis qui ipsi ciuilia tractant. Tu vero de his ita loqueris tamquam eminus e specula quadam hec intuitus. Nos profecto perspicacius ista callemus: qui in opere ipso versamur. populus nempe o amice Socrates ingratus/ irritator: in=

Bias

Milchiades. Temistocles. Ephialtes

sensus/crudelis/inuidus/rudis: ex confluente turba atque nugis coacervatus: et quisquis huic familiariter se accommodat: longe est illo miserior. So. Postquam o Axioche disciplinam pre ceteris liberalem maxime omnium iudicas devitandam: quid de reliquis existimandum? nonne summopere esse fugiendas. Audiui preterea Prodicum quandoque dicentem: mortem nec ad viuos nec ad mortuos pertinere. Axi. qua ratione o Socrates. So. quoniam circa viuentes mors non est: defuncti vero non sunt. Quamobrem neque circa te nunc est: nondum enim es mortuus. Neque etiam si decesseris circa te erit: tu nanque non eris. Inanis igitur dolor esset: si Axiochus id lugeret quod nec est circa Axiochum/ neque erit in posterum. Nam perinde faceres: ac si scyllam/ centaurumque horreres Quandoquidem hec monstra: neque circa te sunt neque erunt aliquando. Quod enim metuendum atque horribile: iis qui sunt accidit: at iis qui non sunt: nichil expauescendum. Axi. Tu quidem ista ex leui illa (que iam passim vulgata est) loquacitate colligis: inde enim est hec inanium verborum copia: gratia adolescentulorum composita. Ego autem quod huius vite bonis priuor: lugeo/ etiam si validiores superioribus rationes adduxeris. Meus quippe fluctuans ornatum verborum non intelligit: neque colores orationis attingit. Pompam/ splendoremque sermonis et si audit: negligit/ et a veritate procul abest. Sophismatum quoque captiunculas minime sustinet. Sola hec attēdit que pulsare omnino et penetrare animum possunt. So. Absque ratione Axioche malorum sensum cum bonorum priuatione coniungis. lateque mortuum esse. Eum plane qui bonis orbatus est: contraria passio malorum affligit. Qui vero non est: nec ipsam quidem orbitatem aduertit. Quo pacto igitur vbi affligentium abest noticia: ibi esse potest afflictio: principio enim nisi sensum quendam per iusticiam poneres: mortem non expauesceres. Nunc autem peruertis teipsum metuens ne amittas animam. Amissioni vero animam addicis. Formidas ne sensu priueris/ putasque non existentem sensum sensu comprehendi ex eo quod multi atque preclari sunt de animi inmortalitate sermones. Neque enim natura mortalis in tantam excellentiam surrexisset: vt violentiam immanium brutorum contemneret mare transiret/ conderet vrbes/ reipublice prescriberet ordinem in celum suspiceret/ astrorumque circuitus metiretur/ solisque et lune progressus animaduerteret / ortus atque occasus/ defectus insuper/ celeresque restitutiones meridianas/ duplicesque conuersiones/ pliadas et hyemem pariter et estatem/ ventorum flamina

Prodicus

Insectatur sophisticam

et impetus imbrium/iactũ presteris/fulguriscꝫ coruscum: ⁊ mundi deniqꝫ passiones in eternitate mirifice sisteret nisi diuinus spiritus aliquis inesset in animo: per quem tantarũ rerũ esset intelligentiam consecutus. Quamobrem nõ in mortem o mi Axioche sed in ipsam imortalitatem migras. Neqꝫ bonis priuaberis: sed integra bonoꝝ possessione frueris. Nec voluptates mortali corpori mixtas percipies amplius: sed omni prorsus tristicia vacuas. Illuc inq̃ proficisceris ab hoc carcere liber: vbi quieta omnia ⁊ a tristitia senectuteqꝫ semota. Ubi exultatio sancta vitaqꝫ malorum nescia/et tranquilla pace nutrita: naturam rerum speculans/ et archana philosophie contemplans. Haud sane ad turbe theatri ue gratiam: sed ad perspicue veritatis obiectũ. Axi. In cõtrariũ me affectũ oratio tua deduxit. Neqꝫ eñ mortem formido iam sed opto: Ut autem rethorũ more ego quoqꝫ exuberans aliquid exprimã: iamiam o Socrates euehor ĩ sublime/diuinũqꝫ circuitum

Gobrias. thronũqꝫ percurro. Ex hac ĩbecillitate me eximẽs: renat⁹ sum.

So. Referam preterea tibi si placet: que Gobrias magus michi tradidit. inquit enim eo tempore quo Xerxes in greciam transiit: auũ suũ Gobriam nomine missum fuisse in delum/ad custodiendam insulam. in qua dii extabant duo. Ubi ait ex quibusdam

Opis becaergos tabulis eneis: quas opis et becaergos ex hiperboreis attulerũt se didicisse in corporis solutione animam in occultum sub terram migrare locũ. in quo Junonis est regia: haud iouis angustior aula Quippe cum terra mundi mediũ teneat. Celum vero sphericũ sit cuius hemisphærium vnũ: dij celites sortiti sunt. Alterum inferiores partim celicolarum fratres/ partim filii fratrũ. Uestibula vero plutonis prouincie: claustris/eneisqꝫ cathenis vndiqꝫ vinciuntur. Illum qui ista reserat fluui⁹ acheron primo/ deinde cocyt⁹ excipit. Quibus transcursis oportet ad Minoem et Rhadamãtum duci: in eam videlicet regionem qui veritatis campus cognominatur. Ubi sedent iudices: examinãtes venientis cuiusqꝫ vitã Hic mẽdaciis tutari se nemo potest. Quibuscũqꝫ igitur in vita bonus aspirauit demon: in locũ isti pioꝝ ꝑtrãseunt. Ubi ver eternũ omnigenis exuberat fructib⁹/fontesqꝫ nitentium aquarum scaturiunt. prata insuper amena variis depicta coloribus. Nec desunt philosophãtium cetus/poetarũqꝫ theatra. Circulares ibi chori/ et musice cantilene/suauesqꝫ concẽtus/ iocunda cõuiuia/ sanctiqꝫ et vberes conuentus/bibentiũ inuiolabile gaudium/ dulcisqꝫ conuictus. Non frigoris illic aut caloris excessus: sed aeris natura salubris/leuibus solis radiis tẽperata. hic purgatorum sunt ani=

morum sedes: vbi diuina mysteria celebrant. Quid igitur obstat: quin tibi primo honor/ premiūq; illic detur cum originē a deo du=cas. Eos quoq; qui circa herculem & dyonisium cum illuc descen dunt purgatos ire ratio dictat: spemq; felicis itineris ex cereris cultu suscipere. Contra qui vitam sceleribus inquinarunt: repēte per tartarum a furiis in herebum/ chaosq; raptantur. Ubi patet impiorum prouincia danaidumq; puellarum labor irritus: aquis cribra implere frustra nitentium. Ubi tantali sitis/ Titij viscera/ Sisyphi saxum perpetuo reuolubile/ vbi fere mordaces insepa=rabiliter corporibus se circūplicant/ vbi faces inextinguibiles car nes exurunt/ vbi homines implij omniformibus suppliciis crucia ti: perpetua punitione vexantur. Hec equidem a Sobria percepi Tu vero de his iudices o Axioche. Ego em̄ ratione coactus hoc solum plane firmiterq; cognosco: animā omnem immortalem exi stere. et eā que pura ex iis locis abierit: sine tristicia viuere. Quā obrem siue sursum seu deorsum tendas Axioche: beatum fore te oportet/ si modo pie sancteq; vixeris. Axi. Erubesco mi socra tes & vlterius loqui vereor. Tantum a me formido mortis abest: vt iam mori vehementer exoptem. Adeo michi sermo superior/ quasi celeste oraculum: persuasit. Nūc igitur hanc vitam sperno: vt pote in potiorem locum feliciter transiturus. Quapropter in presentia que dicta sunt: mecum ipse tacitus animaduertam. Tu vero post meridiem o Socrates ad me redibis. So. Faciam vt dicis: sed iterum in Cynosargem reuertar deambulatiōis gratia vnde huc ad te deductus sum.

¶ Xenocratis de morte finis.

Cebetis Thebani

Tabula: e greco in latinum conuersa per Ludouicum Odaxium Patauinum.

Casu euenerat: vt in Saturni sacello deambularemus: vbi cũ plerasq3 alias oblationes: tũ tabulã quandã pro tẽplo positã intuebamur: in qua pictura quedam erat peregrina: ꝛ que peculiares fabulas contineret. Quas conîcere nõ poteramus quenã et quales essent. neq3 enĩ ciuitas/ neq3 vallum/ pictura illa nobis esse videbatur. Ceterum muri ambitus erat qui duos alios ambitus amplectebatur: alteꝝ maiorẽ minorem alterũ. Porta etiã erat in primo ambitu: vbi nobis turba ingens insistere videbatur. Intra vero ambitũ multitudo quedam mulieꝝ visebatur. Primi aũt vestibuli ꝛ ambitus ingressum senex quidã occupabat: qui turbe ingredienti quasi imperare aliquid videbatur. cuius fabule rationẽ nobis inuicẽ addubitantib[9] quidã natu grandior assistẽs/ nequaq̃ inquit hospites absurde facitis: qui de pictura hac addubitatis. Non multi enĩ indigene q̇d huius fabule ratio valeat: intelligũt. Quippe quã nõ ciuis sed peregrinus quidã dedicarit: qui huc iãpridẽ aduenerat: vir et magna prudẽtia ꝛ sapiẽtia preditus: qui cũ sermone/ tũ opere quandam Pythagore aut Parmenidis vitã fuerat emulatus. Is vtiq3 sacellũ ꝛ picturã hanc Saturno cõsecrauit. vtrũ igitur (inquã ego) nosti etiã virũ ipsum: quẽ vidisti. Jmmo (inquit) eũ multo tẽpore sum admiratus: siquidẽ adolescens adhuc ꝛ cõplura studiose disputab... Et ego huiusce fabule rationẽ ex eo disserẽte sepius audierã. Pe, Jouẽ (inquã ego) nisi quepiã maior occupatio te detinet: expone nobis. Audire enĩ magnopere cõcupiscim[9]: quidnã hoc fabule sit. Perlibẽter o hospites inquit. Atqui hoc prius admonendi estis: periculi quippiã inesse huic expositõi. quodnã inquã ego: quoniã (inquit) si q̃ dicũtur attẽdetis/ intelligetisq3: prudẽtes atq3 felices euadetis. Si minus: insipientiã/ infortuniũ/ calamitatẽ atq3 ignorantiã cõsecuti: male vitam degetis. hec enĩ expositio sphingis enigmati (qd illa hoib[9] ꝓponat) ꝑsimilis est. nã quicũq3 ipsum intellexerat: salutẽ: qui nõ intellexerat: exitiũ consequebatur. Eadẽ est huius enarrationis cõditio. Sphinx est enĩ hoibus ipsa insipiẽtia. hec autẽ preponit: quid bonũ/ quid malũ/

quid neqꝫ bonum/neqꝫ malum/in vita sit. Que si quis minus in=
tellexerit: ab ea interimitur. neqꝫ id semel sicut is qui depastus/
a sphīge moriebatur: sed per omnem vitam paulatim absumitur
quēadmodum ii qui perpetuis suppliciis addicti sunt. Contra ve
ro si quis agnouerit: occisa demū insipientia salutē ipse consequi=
tur: et beatus/felixqꝫ per omnem vitam euadit. Quamobrē vos
attendite: ac diligenter audite. O hercules ꝙ magnum nos in de
siderium cōiecisti: si hec ita se habēt. Atqui ita se habēt īquit. Ne
quaꝙ igitur nos oratio tua preueniet/ siquidem nobis attente au
dituris: nō ab re precium huiusmodi preponitur. Sumpta itaqꝫ
virga quadā ⁊ ad picturam ducta: videtisne inquit ambitū hunc?
videm⁹. hoc imprimis animaduertere vos oportet: locū istū vitā
vocari: Turba porro illa īgens/que porte insistit: hii sūt oēs in vi=
tam aliquando ingressuri. Senex autē ille superior (qui manu al
tera paginā quandā tenet: altera nescio quid demōstrat) Genius
appellatur. hic imperat introeuntibus: quid eos agere oporteat
vt ad viam congrediantur: et qualem viā perrecturi sint ostēdit
vt salutem ī vita cōsequātur. Qualē igitur eos iubet vitā carpere
aut quo pacto inꝙ ego. Videsne inquit iuxta portam solium quod
dam eo loco constitutum? vbi turba ingreditur. in quo sedet sua=
uibus morib⁹ et formosa īdole mulier: que poculū manu tenet. vi
deo: sed quenā hec est? Suadela inquit vocatur que mortales om
nes seducit. Quid tū postea hec agit? Ingrediētes ad vitā quoad
per eā fieri potest/bibere cōpellit. Quenā vero hec est potio? Er
ror inquit atqꝫ ignorātia. Quid tū postea? vbi hanc ebiberūt: vitā
ingrediuntur: nunquid oēs eū errorem bibūt? necne? oēs īquit bi
bunt: sed plus alii/alii minus. Non vides preterea [illegible]ntra portam
mulierū meretricū multitudinē quandā diuersos aspect⁹ m[illegible]ltifa
riosqꝫ preferētiū? video. iste igitur opiniones et cō[illegible] vo
luptates vocantur: que turba ingrediēte stati pro[illegible]quē
qꝫ amplectuntur ac deinde abducunt. Et quonā eos abducunt?
Alie inquit vt saluent: alie vt per deceptionē interimāt. O inquā
admirand⁹ vir ꝙ acerbam ac tristē potionē dicis. Atqui omnes ī
quit optima pollicentur: seqꝫ eos ad felicem atqꝫ conducibilem
vitam esse perducturas. Illi vero per ignorantiam et errorē (quē
ab ipsa suadela combiberunt) quenam vera via sit: in vita non in
ueniunt sed incōsulto errant. vt videre licet ex hiis: qui pri⁹ ingre
diētes eo circūuagātur quo ipse cōmōstrauerit. Video inquā hoc
sed mulier illa quenā est? que veluti ceca atqꝫ insana super lapide
quod rotūdo cōsistere videtur. Fortuna īquit vocat. Ea vero non

solū ceca sed insana etiā et surda est. Quenā hui⁹ sunt partes: ob ambulat inquit quocūqꝫ gentiū: et aliis quidē facultates eripit ali is tradit ab eisdēqꝫ rursus aufert illico/ que tradiderat: atqꝫ aliis temere/ instabiliterqꝫ ꝯcedit. Quapropter ex eo argumēto ipsi⁹ ingeniū facile indicat. Qualenā hoc est inquā ego: qm̄ in rotūdo la pide ꝯsistit. qd tūc ex re significat: qꝫ parū certa atqꝫ instabilia sūt illi⁹ munera. Calamitates eni magne ac difficiles oriūtur. vbi qs in ea fidem collocarit. Turba vero hec īgēs que eā circūstat: quid sibi vult/ et quenā vocantur: vocantur hii quidē incōsulti: quorū nemo nō petit que proiiciat ac dilapidet. Cur vero aspectu haud queqꝫ simili sūt: sed eorū alii gaudere/ alii sublatis manib⁹ tristari vidētur. Quicūqꝫ inquit eorū gaudere ac ridere videntur: hi sunt qui a fortuna quippiam acceperūt. a quibus etiam bona fortuna nūcupatur. Qui vero flere ac manus protēdere vidētur: hii sunt a quibus abstulit que tradiderat antea: a quibus fortuna mala no minatur. Et quenā sunt que illis elargitur: per que tantopere cū accipiūt letātur: cū amittūt: lugēt: hec inquit ea sūt que a plerisqꝫ hominibus bona existimantur. Et quenā sunt ea: diuitie scꝫ ꝛ glo ria ꝛ nobilitas et liberi/ et tyrānides/ et regna/ et alia quecūqꝫ id= gen⁹. Hec autē nūquid bona nō sunt: De his inquit alias disputa bimus. Nunc circa fabule narrationē versemur: ita inquit sit. Vi des igitur vbi portam hanc preterieris/ ambitū alterū superiorē: mulieresqꝫ extra ābitū colllocatas meretricio ornatu insignes: et valde inquā. Ex his hec incontinentia/ hec luxuria/ hec auari= cia/ hec assentatio nuncupatur. Quid hic potissimū astant: Eos inquit obseruant: qui a fortuna quippiam acceperunt. Quid tum deinde: exiliunt atqꝫ amplexantur eos/ et adulantur: et vt penes se maneant obtestantur. Vitam iucundam/ atqꝫ labore omni et in comm[illegible] vacuā: illis afferre promittentes. Si quis itaqꝫ persu= asus earꝫ blandiciis eo se cōtulerit: tātisper illi suauis videt ꝯuer satio: quoad hominem titillauerit/ deliniueritqꝫ: postea sec⁹. vbi em̄ resipiscere cepit: tū demū ab ea se nō tā oblectatū qꝫ absūptū et ꝯtumeliis affectū itelligit. Quo fit vt cū oīa ꝑdegerit q̄ a fortu na fuerat ꝯsecut⁹: tūc illis mulierib⁹ inseruire atqꝫ inhonesta oīa sustinere: ꝛ turpia quecūqꝫ ac pniciosa illarū gratia cogat admit= tere: veluti furtū: sacrilegiū: piuriū: proditionē: depredationē: ꝛ q̄cūqꝫ his similia. Ubi vero eos defecerit: punitioni addicūt. Et quenā hec est: videsne ne retro eas quādā veluti bestiolā: locūqꝫ parit āgustū ꝛ tenebrosū. vbi etiā turpes ac sordide pānoseqꝫ mu lieres versari vidētur: Et valde inquā: Ex hiis igit iqt q̄ flagellū

tenet punitio nũcupatur. Que caput intra genua habet: tristitia. Qui vero capillos suos euellit: dolor. hic alius vero qui deformitatẽ/macilentiã/ꝛ nuditatẽ preferẽs iuxta eas accubat: ac deinde similis illi turpis et macilenta quedam: quinã sunt: hũc sane inq̃t luctum appellãt illã vero ipsi⁹ sororẽ mesticiã. his itaq̃ traditur: et eorum cõtubernio cruciatur. post denuo in aliũ infelicitatis domicilium truditur: atq̃ reliquã vitã in omni miseria traducit: nisi forte illi penitẽtia obuiã prodierit. Quid tũ postea cõtigit: si penitencia illi obuiã fuerit. eripit eũ ex infortuniis et alterã illi opinionẽ alterumq̃ desiderium imprimit. per quod ad verã disciplinã perducitur. et ad eã que falsa disciplina nũcupatur. Quid tũ postea: si iquit eã opinionẽ susceperit: que ad verã disciplinã puehat: ab ea mũdat⁹/expiat⁹q̃ salutẽ/ beatitudinẽ/ fecilicitatẽ in vniuersa vita lucraturũ. Si sec⁹: denuo a falsa illa opinione seducit. O hercules q̃ magnũ est hoc aliud discrimẽ: Hec autẽ inquã ego: falsa disciplina quenã est: Videsne alterũ illũ ãbitũ Video ĩquã ego atq̃ extra ãbitũ in vestibulo mulier quedã assistit: que mũdiciã cõstãciãq̃ nõ mediocrẽ pretẽdit. Apprime ĩquã. hãc igitur ĩquit plerisq̃ homines et vulgo vocãt disciplinã. Cũ falsa poti⁹ disciplina sit. huc sane pri⁹ applicãt qui salui fiũt. vbi ad verã disciplinã voluerit peruenire. Nũquid ali⁹ ad verã disciplinã adit⁹ nõ patet: Patet inquit. hi vero intra ãbitũ declinãtes: quinã sunt hoĩes: false inquit discipline sũt amatores decepti: seq̃ opinãtes vere discipline contubernio frui. Et quinam vocantur hij: Alij inquit poete/ alii oratores/ ali/ dialetici/ alij musici/ alij arithmetici/ alij geometre/ alij astrologi/ alij voluptuarij/ alij peripathetici/ alij critici: et quicunq̃ eiusmodi sunt. Jlle autem mulieres que videntur circũcurrere prioribus illis similes (in quibus incõtinẽtiam ꝛ reliquas vna esse affirmabas) quenam sunt: illeipse sunt inq[illegible] [illegible]quid etiam huc ingrediuntur. Jta per Jouem in his simi[illegible] etiam insipientia: neq̃ ab opinione ac reliquis malis euadẽt: p[illegible]q̃ repudiata falsa disciplina veracem viã ingressi fuerint: et purgatoriam eorum virtutem admiserint. et mala omnia qubus inuoluuntur/ et opiniones et ignorantiam/ et reliquam omnem prauitatem sequestrauerint: tum demum ita salui/ et incolumes erunt. Neq̃ vllo vnquam false discipline cõmertio labefactari poterũt: neq̃ horum studiorum gratia mali quippiam adipiscentur. Et quenã hec est via: que ad veram disciplinam feratur: Vides inquit locũ superiorem: vbi nullus inhabitat sed solitudo ingens esse videtur video. preterea ianuam quandam pusillam: ante quã via quedã

est que non multum admodum frequentatur. Quippe ꝙ pauci ad modum terunt: ꝙ accliuis ⁊ aspera/⁊ saxosa videatur. ⁊ valde in quam. Collis preterea quidam excelsus apparet: ad cuius angustus admodum ascensus: ⁊ qui multa profunda hinc inde precipitia offerat: video. hec igitur inquit via est: que ad verā disciplinā ducit: aspectu imprimis formidolosa. Porro circa collis superiorem partē: saxum ingēs ⁊ prealtum vsquequaqꝫ preruptū vides: video inquā. vides preterea mulieres duas supra saxum cōstitutas/ pulchritudine atqꝫ habitudine corporis excellētes/ac manus per quā alacriter ꝓtendentes: video: sed quenā inquā vocātur: altera inquit continentia/altera constātia nūcupatur. Sunt autē germane: cur nā igitur manus tā alacriter ꝓtendūt: hortātur inquit eos qui ad id loci veniūt: vt bono animo atqꝫ intrepido sint: admouentqꝫ paululum quippiam adhuc esse tolerādum. Se enim eos paulopost ad pulcherrimā viā perducturas. Ubi vero ad saxum peruenerint/quonā modo ascendunt: nullā enim eo ferentē viam animaduerto. Ipse a precipitio illo descēdunt: eosqꝫ sursum ad se trahunt. Deinde recreari ⁊ quiescere iubent: ac paulopost fortitudinem/audaciamqꝫ contribuunt/eosqꝫ ad veram disciplinam deducere se profitentur. ⁊ viam ostendunt ꝙ sit elegans/ꝙ plana/ꝙ peruia/ꝙ nullis malis obnoxia: vt vides. ita per Jouem videtur Uidesne inquit ante illud nemus locum quendam: qui pulchritudinem/amenitatemqꝫ pratorum prefert multoqꝫ lumine illustratur: Et valde inquam. Animaduertis igitur in prati meditullio ambitum alium et portam aliam: ita sane: sed quonam pacto locus hic nuncupatur: fortunatorum inquit domicilium. hic enim virtutes omnes et felicitas ipsa versatur. Esto inquam ego. eam esse loci pulchritudinem. Quin inquit aspicis: prope portā ꝙ formosa/et constanti facie mulier existat: mediam indiscretam iam etatem/habitum vero et ornatum simplicem preseferens. Eaqꝫ non in rotundo sed in quadrato lapide secura et munita consistit. due preterea alie quas tanquam filias vna secum habere videtur: ita prorsus apparet. harum igitur que medium locum tenet/disciplina est: eam veritas ⁊ persuasio comitatur. Cur autem hec quadrato lapidi potissimum insistit: Ex eo inquit arguitur ꝙ ad eam peruenientes securo et certo tramite proficiscuntur/donationesqꝫ traditas tuto suscipiunt. Et quenam illis ab ea dono dantur: Confidentia inquit atqꝫ animus imperterritus. hec vero alia que uam sunt: scientia inquit: per quam graue nichil in vita perpeti:

vnquam posse se intelligunt. Quā preclara inquam hercule mu-
nera? Sed q̄obrem extra ambitum ita moratur: vt inquit adue-
niētes/excipiat accurate. ac vim illam purgatoriam instillet. pur
gatosq; ac prorsus emēdatos ita eos ad virtutes introducat: quo
nam pacto inquam ego: non enim intelligo. At intelliges inquit:
quemadmodum si quis grauiter egrotās medicum accersiuerit:
purgatoriis statim medicamentis omnes egritudinis causas exi-
mere conatur. Atq; ita demum a medico reparatus in sanitatem
restituitur. Qui si medici preceptis minus obtemperauerit: meri
to repudiatus ab ea egritudine conficitur. hec intelligo inquam
ego: eodem itaq; pacto vbi quis ad disciplinam peruenerit: pro-
be curatur: ⁊ virtute illius irroratur vt ꝙ primum mala omnia ex
purget/eiiciatq; quibus adueniens implicabatur. Quenam hec:
ignorantiam/errorem/quem apud Suadelam ebiberat: arrogan
tiam/concupiscentiam/intemperantiam/furorem/auariciam/ et
reliqua omnia: quibus in primo ambitu fuerat repletus. vbi ve-
ro satis emundatus fuerit: quonam eum mittit: intro inquit ad
scientiam/aliasq; virtutes. Quasnam et quales: videsne intra
portam cetum mulierum ꝙ bone indolis atq; institutionis viden-
tur: ꝙ inculto ac simplici habitu predite: nichil in se aut fictum:
aut accuratius ornatum more aliarum pretendētes: video inquā
sed quenam hee vocantur. Prima inquit scientia nuncupatur.
Alie vero huius germane sunt: fortitudo: iusticia: probitas: tem-
perantia: modestia: libertas: continentia: mansuetudo. heus in-
quam optime ergo ꝙ magna in spe sumus: modo inquit intelliga
tis: et que auditis: studiose percipiatis. Atqui inquam ego accu-
rate ac diligenter attendemus. Salui igitur inquit eritis. vbi er-
go eum ipse susceperint. quo nam adducunt: Ad matrem inquit.
Ea vero quenam est: felicitas inquit. Cuiusmodi autem hec est:
videsne viam illam ad sublimem illum verticem ferentem: Quē
omnes ambitus veluti arcem suam amplectuntur. video. mulier
precellens in vestibulo constituta super solium excelsum sedet cul
tu non tam curioso q̄ liberali: Corona florentissima eleganter ad
modum capiti imposita. Ita prorsus videtur. hec igitur inquit est
felicitas. vbi igitur ad eam quispiam accesserit: quid rerum gerit:
Ipsa inquit felicitas eum potentie sue corona circundat. Itidem
relique omnes virtutes perinde ac maximorum certaminum vic
tores coronari solent. Et quenam inquam ego certamina deui-
cit: maxima inquit: et maxima etiam monstra. que prius ipsum

absumebant: affligebant: atq3 in seruitutem redigebant. Omnia hec deuicit: ac longe a se sequestrauit: seq3 ipsum adeo superauit/ vt huic illa nunc seruiant: quibus ipse antea in seruitutē redactus fuerat. Que nā hec monstra dicis: audire enim admodum cupio. Imprimis inquit ignorantiam et errorem. An tibi monshec esse non videntur: Tetra et laboriosa inquam ego. Deinde tristiciam/ luctum et auariciam et incontinentiam: et reliquam omnem improbitatem. his omnibus non vt antea paret/ sed imperat. O preclara inquam ego facinora/ et pulcherimam victoriam. Illud autem michi etiam expone cuiusmodi sit ei9 potencia: qua eum coronari dixisti. Beatifica inquit o adolescens. qui enim fuerit ea potencia coronatus: et felix et beatus euadit: neq3 alibi q̃ in seipso spem felicitatis reponit. Quam preclaram victoriam dicis. Ceterū coronatus quid agit/ aut quo vadit: Suscipentes eum virtutes ad id loci ducunt: vnde primum aduenerat. eiq3 commōstrant studia improborum q̃ male degant/ et misere viuant: quanta in vita naufragia patiantur: quantum aberrant: quam veluti hostium captiuitatē perferant. alii incontinentie/ alii arrogantie/ alii auaricie/ alii inani glorie/ alii aliis malis inseruientes: per que a calamitatibus(quibus irretiti sunt) exolue re se nequeunt: vt saluentur et eo perueniant. Sed in omni vita perturbantur atq3 hoc perpetiuntur: q huiusmodi viam inuenire non possunt. Mandatum enim a Genio ac minime suo traditum obliuioni mandauerunt. Recte inquam dicere michi videris: tametsi hoc etiam insuper ambigo. Cur nam ei virtutes locum illum commostrent vnde prius aduenerat: nichil certi nouerat/ neq3 vllam eorum(que ibi agerentur) scientiam tenebat: sed ignorantiam atq3 errorem: quem ebiberat ambiguus: que bona non erant: bona: que mala non fuerant: mala existimabat. Quocirca male etiam viuebat sicut alii pleriq3 diuersantes. Nunc vero percepta vtilium et conducibilium rerum scientia et ipse optimam vitam traducit. Et eos qui pessime agunt: contemplantur. Ubi igitur omnia fuerit contemplatus quid agit aut quo tendit: Quo inquit ei collibitum. vbiq3 enim eum securitas habet perinde ac antrum corycium possideret. et quocunq3 peruenerit: ibi tutissimus rectam viuendi rationem assequitur. omnes enim eum tanq̄ egroti medicum libenter et gratanter excipient. Nunquid igitur illas mulieres(que monstra abs te dicebantur) amplius non veretur: ne quid ab eis detrimenti patiatur: Nichil penitus

qui neq dolore neq tristicia: neq intemperantia: neq auaricia: neq paupertate neq vllo alio incommodo vexetur. Omnibus enim imperat: ac pre est. a quibus antea premebatur: eorum instar qui a vipera morsi aliquando fuerint. fere enim que aliis omnibus perniciem ac mortem afferunt: illis duntaxat innocue sunt qui eam vim veneno contrariam possident. Ita ne huic quidem quippiam nocet: quia virtutem viciis ac malis oppositam velut Antipharmacum nactus est. Recte dicere michi videris sed hec etiam insuper expone: quinam sunt illi: qui illic accole aduenire videntur: quorum alij coronati leticiam quandam pre se ferunt: alij incoronati desperatione rerum tibias et capita lacerare videntur. Cum alioquin a quibusdam mulieribus detineantur. Coronati sunt inquit qui sospites ad disciplinam peruenerunt: eamq consecuti summopere letantur. Incoronati vero alii desperatione a disciplina reuertuntur: male ac misere degentes. Alij metu perculsi: ac perterriti atq ad inconstantiam resurgentes rursus errant. et per vias inuias vagantur. Que vero mulieres eū sequuntur: quenam sunt: Tristitie inquit et molestie: et anxietates et ignominie et ignorantie. Omnia igitur eos mala sequuntur. Omnia inquit per Jouem subsequūtur: vbi vero in primum ambitum ad voluptatem et incontinentiam peruenerint: nequaq̄ seipsos accusant: sed et statim disciplinam et sectatores illius maledictis incessunt: adeo miseri et calamitosi et infelices hi sunt qui ab earum contubernio defecerunt. male enim viuunt. et nullis earum bonis perfruuntur. Et que etiam bona autumant: Luxuriam et (vt breui amplectar) intemperantiam. Conuiuari enim et pecudum more scortari maximorum bonorum fruitionē esse arbitrantur. Alie vero mulieres: que illinc cum risu et hylaritate adueniunt: quenam vocantur: Opiniones inquit e.. ad disciplinam ducentes. qui virtutes ingrediuntur. De via enim deflectūtur aliquantisper vt alios adducant: admoneantq illos esse felicitatem iam consecutos: quos iampridem adduxerant: Utrū igitur (inquam ego) ipse ad virtutes ingrediuntur. Nequaquam inquit opinioni enim ad scientiam introire non licet sed discipline duntaxat eos tradūt. Quibus a disciplina susceptis ipse posthac. denuo alios adducture reuertūtur: earū instar nauiū: que depositis oneribus denuo reuertuntur: vt aliis mercibus impleantur hec sane inquam michi recte videris disseruisse. Illud aūt nobis nondum patefecisti. Quidnā Genius vitā ingressuris iperet fa=

ciendum? Bono inquit et constanti animo esse: quapropter vos etiam confidite: Omnia enim edissertabo: nichilqꝫ pretermittam Recte inquam ego loqueris: Protuensa itaqꝫ iterum manu aspi cite inquit mulierem illam: que ceca esse/ et rotundo lapide insiste re videtur. Quã pauloãte nũcupari fortunam asserui. Aspicim⁹ huic inquit imperat non esse credẽdũ: nec quicq̃ aut stabile/ aut securum/ aut proprium existimãdum: quod ab ea susceperit. Nichil eñ ꝓhibet. quin oĩa hec auferat: atqꝫ alteri tribuat. Quippe que sepius id agere cõsueuerit. Quapropter illi⁹ etiã munera par ui esse pendẽda denũciat: neqꝫ gaudendũ vbi dederit: neqꝫ dolen dum vbi abstulerit. Eamqꝫ postremo neqꝫ vituperandam neqꝫ laudandam. Nichil enim cum ratione sed temere omnia facit ac fortuito: vt antea nobis exposui. Quo circa genius ille imperat vt nulla eius facinora demiremur neue malos numularios imite mur. Illi enim vbi argentum ab hominibus acceperint: gaudent et suum esse arbitrantur. vbi vero repetitur: moleste ferunt/ et pessime secum actum putant: neqꝫ meminerunt ea se conditione depositum suscepisse: per quam liceret ei: qui deposuerat iterum recipere. Eandem itaqꝫ in illius muneribus habẽdam esse ratio= nem Genius imperat: recordandumqꝫ eiusmodi ingeniũ esse for= tune: vt que dedit auferat: statiqꝫ multiplicia rursus accumulet. Aliqñ aũt nõ his mõ que dederit: sed his etiã que pri⁹ extabãt fa cultatib⁹ spoliet. quecũqꝫ igitur dederit: suscipere iubet: atqꝫ ita ad stabilẽ securãqꝫ munificentiã diuerti. Qualẽ hãc inq̃ ego quã a disciplina suscipient: si salutẽ ibi fuerint ꝯsecuti. hec ergo quenã est? Uer inquit sciã vtiliũ rerũ: securaqꝫ ⁊ stabilis ⁊ immutabilis munificẽtia. Quo circa statim ad hãc cõfugere iubet. Cũ vero ad illas mulieres accesserint: quas antea dixi voluptatẽ ⁊ icõtinẽtiã nũc [illegible] illinc quoqꝫ ac tutũ esse descẽdẽdũ impat: ac ne his qui dem [illegible] esse adhibendã: quoad ad falsam disciplinã ꝑuenerint. Ibi igit aliq̃tisp immorari: ⁊ quicquid libuerit: ab ea tamq̃ viati cum accipere iubet. Ac demũ postea illinc abscedere: rectaqꝫ ad veram disciplinã peruenire. hoc est illud quod a Genio precipi= tur. Qui si quis animi contrarius aut min⁹ obediens fuerit: miser miserrime moritur. Istiusmodi sane fabula est que in tabula cõti= netur. Uobis autẽ nichil inuideo: si q̃s vlteri⁹ iterrogare ac ꝑscru tari vultis. ego vobis exponam. Recte dicis inquã ego. Ceterũ quid eos capere a falsa disciplina Genius imperat? que bona ⁊ cõ ducibilia esse videntur. Hec igitur quenam sunt? littere iquit atqꝫ mathematũ studia que a Platone tradũtur. veluti vi freni cuius

piā in cohercēdis adolescētibus obtinere: vt ne ad alia peiora di-
strahātur. vtrū vero ea cape oīno necesse est/ si qs ad verā disciplī
nā sit puētur⁹ nec ne? Nichil inqt necesse est sed alioqn vtilia sunt:
tā q̄ si ad reddēdos hoīes meliores nichil ꝯferūt. Nichil ergo affir
mas hec esse vtilia ad meliores viros efficiēdos? Licet em̄ ꝑfecto
sine his etiā meliores fieri: illa tamē etiā nō inutilia sunt. Queād-
modū em̄ que aliquādo ꝓnūciātur: p interpretē conijcimus. cum
alioquin nō inutile sit: nos etiam ipsos si quid pcepimus: voce ac
lingua disertiore prosequi. Ita sine his etiā studiis fieri meliores
nichil prohibebit. Nunqd hi qui mathematici vocātur: ad melio-
res q̄ alij sunt hoīes efficiendos nichil excellunt? Et quonā pac-
to excellere poterunt: qui nichilominus q̄ alij in bonorum ⁊ ma-
lorum cognitione decepti: etiā omnibus viciis implicati videātur
Nichil enim prohibet eum qui litteris eruditus ac disciplinis om
nibus fuerit institutus/ itidē ebrium ⁊ intemperātem/ ⁊ auarū/ et
iniustū/ ⁊ ꝓditorē/ ac postremo insipiētē esse: multos ꝑfecto eius-
modi videre licet. Quare fieri nō pōt inqt: vt hi p has disciplinas
viri meliores euadāt. nequaq̄ apparet/ ex hac ratione. Sed que-
nā est causa inquā ego? Quia in secūdo ābitu versantur: tāq̄ vere
discipline appropinquātes. Et quid hoc inquit emolumēti affert?
cum plerūq̄ liceat animaduertere de primo ābitu in tcium: ab in-
continentia ⁊ reliquis viciis ad veracem disciplinā peruenietes:
qui hos mathematicos ptergrediuntur. Quare quonā modo pfi
ciūt? nisi forte prorsus indociles ⁊ durioris ingenij sunt: Cur hoc
inq̄ ego? Quoniā in primo ābitu hoc plus habēt: q̄ q̄ nesciūt: ne
scire se nō dissimulāt. In scdo vero illud certe nesciūt: qd scire se ꝓ
fitētur. Cuius sentētie quoad fuerint ad veracē disciplinā pcipien
dā nichil oīno promoueri necesse est. Illud preterea non ignoras:
q̄ opiniones etiā de primo ambitu ad eos similiter regre[illegible]antur.
Quo fit vt illis hi nichilo meliores existant: nisi hos itidem peni-
tencia subsequatur: sibiq̄ persuadeant se non disciplinam sed fal-
sam disciplinam attigisse: per quam decipiuntur. Ut ita salui esse
non possint: Quo circa vos etiam inquit hospites ita facite: ⁊ que
dicuntur (quoad profeceritis) diligenter attendite. Quinimmo
de his ipsis sepenumero considerandum est. Et nichil intermit-
tendum: sed reliqua preter rem existimanda: alioquin nulla eorꝫ
que nunc auditis: vtilitas erit. ita faciemus. Illud autem expli-
ca: cur bona non sunt ea: que homines a fortuna percipiunt. sicu-
ti vita/ sanitas/ diuicie/ gloria/ liberi/ victorie/ ⁊ reliqua his similia.
Rursusq̄ his opposita cur mala non sint? Ualde enim absurdum

et icredibile hoc nobis videtur. Age itaqꝫ inquit enitere vt quod sentias de quibus interrogaris: respondeas. Atqꝫ hoc inquam ego faciam facile. vtrum igitur si male quispiam viuat: viuere illi bonum censes? Non bonum: sed malum (inquam ego) michi videtur. Quonā igitur pacto viuere bonum est inquit? Siquidem hoc per se malum est: quia male viuentibus malum: bene autem bonū esse michi videtur. Ipsum igitur viuere ⁊ malum et bonum esse cōtendis? Ego inquā: absit itaqꝫ vt tā absurde loquaris. neqꝫ enim fieri potest: vt idē malū pariter ac bonū sit. Ita enim ⁊ vtile et perniciosum ⁊ eligendum ⁊ fugiendum simul idē semper: quo/quid absurdius? Sed quonā pacto? si cui male viuere contingat: eidem quoqꝫ malum contingit: Ipsum viuere malum non est? Atqꝫ viuere ⁊ male viuere sub eodem non censetur. Nunquid nō ita videtur? Profecto idem esse/ne michi quidē videtur. Itaqꝫ viuere non malum est: nam si malum existeret: malum vtiqꝫ viuentibus esset: quia quod per se malum est: ipsum viuere illis adesset. Vera michi dicere videris. Quoniam igitur ⁊ male ⁊ bene viuētibus viuere ipsum cōtingit: neqꝫ bonum neqꝫ malum esse ipsum viuere confirmatur. sicuti ne secare quidem atqꝫ vrere in egrotantibus morbosum aut salubre dicitur: nichilominus in ipso etiā viuere comprobatur: Ita res est. Tu itaqꝫ sic aduerte: vtrū male viuere an potius honeste ac generose mori cupias? honeste inquā ego potius mori. Quo circa ne mori quidē est malū. siquidē emori q̄ viuere plerūqꝫ est eligibilius. ita se res habet. eadē est ratio de sanitate ⁊ infirmitate. Sepius enim sanū esse non confert verum e cōtra: cum ita casus tulerit. vera dicis. Age vero de diuiciis ita consideremus. Siquidem plerosqꝫ intueri sepenumero licet amplissimis diuiciis affluentes: pessime tamen ac misere viuentes. Pleros qꝫ per Iouem. Quapropter ad bene viuendum nichil illis diuicie prosunt. non videtur: Improbi enim sunt. non diuicie igitur sed disciplina probos ac studiosos efficit. ita sane comprobatum est. Ubi autem bone sunt ipse diuicie? si ad meliores efficiendos possessores suos nichil adiuuant: ita prorsus apparet. Quibusdam ergo diuicias habere non confert vbi diuiciis vti nesciunt. Michi ita videtur. Quomodo igitur bonum esse id aliquis iudicabit? quod plerumqꝫ non possidere satius est: Nullatenus. Si quis igitur recte ac prudenter diuiciis vti nouerit: bene ac feliciter viuet. Si secus: male atqꝫ infeliciter. Verissime dicere hoc michi videris. Summa vero totius est rei: dum hec aut tamquam bona expetuntur: aut tamq̄ mala despiciūtur.

neq3 aliud est: quod eque hominibus aut perturbationem aut detrimentum afferat: q̃ cum honoribus afficiuntur. Et in solis diuiciis consistere felicitatem arbitrantur: consequenterq3 nullū earum rerum gratia (q̃uis impium ꝛ flagitiosum) facinus esse recusandum. hec vero propter ipsam veri boni ignorantiam patiūtur Illud enim ignorant: bonū ex malo fieri nequaq̃. Multos autē videre licet in diuiciarum possessionem ex pessimis ac turpissimis facinoribus deuenisse. veluti proditionibus/ deprecationibus: homicidiis: calumniis: rapinis: aliisq3 compluribus ꝛ prauis operibus. ita res est. Si igitur vt par est: ex malo bonum nullum prouenit. diuicie vero ex multis facinoribus proueniunt: diuicias nequaq̃ bonum esse necesse est. Sic ex isto sermone contingit. Ceterum ne sapientia quidem ꝛ iusticia ex malis operibus acquiri potest: neq3 itidem iniusticia ꝛ insipientia ex bonis. Siquidem ipsa eadem simul consistere nō possunt: diuicias vero ꝛ gloriam: ꝛ victorias/ et reliqua id genus multa cum prauitate cuiq̃ contingere nichil prohibet. Quapropter hec neq3 bona neq3 mala censeant. Ceterū sapientia dūtaxat bonū/ insipienria vero malum. Recte inquā ꝛ sufficienter michi dicere videris.

¶ Finis tabula Cebetis Thebani. Impressa Parisii a magistro Guidone Mercatore Anno dñi. M.CCCC.xcviij. Die. xviij. Augusti.

